plebium gradibus ditate refertam. Parentes
eius nec casibus potentium quanta ho
norificentia celebrabantur. tanto
superne patrie ardentiori desiderio magis
celestis quam terrene dignitatis glo
riam appetebant. ℟. [O]peribus sanctis
Nicholaus humiliter insistens cum revela
tione divina provectus est ad summum sac
erdotii gradum. ℣. Voce quippe lapsa
de celo cuidam intimatur presuli dignum
episcopum Nicholaum. Cum revel.
[V]erum cum cum nimium censu
locupletati nullis honoribus
in signia nullisque sume modera
mina disponere voluerunt. Sed sub
custodia continentium se lege vin
cientes celibem agitare vitam
satagebant. ℟. [Q]uadam die
tempestate sevissima quassati nau
te ceperunt sanctum invocare Nicholaum.
Et statim cessavit tempestas. ℣.
Mox illis clamantibus apparuit quidam
dicens illis ecce assum quod vocastis me.
Et statim. Gloria. Et statim.
a. [Q]uo signum intellectus aius patris ear
in operā aiuo prorsus uarique dete
tabilem [illegible] seruus exemit
Nicholaus. ℟. Cum invocare. ℣. Innoce
ter [illegible] vitam transcendens euan
gelice [illegible] discipulus effectus est.
℟. [illegible] Gloriam mundi spre
vit cum suis oblectationibus et ideo meru
it provehi ad summum sacerdocii gradum. ℣.
[illegible] ℣. Justum deduxit nos.

[illegible]
[C]um in prime iuventutis flore
hunc solum genuissent filium.
cunctis se voluptatibus abdica
runt. et inter suas preces quas fre
quenter in domini templo profundebant
spe non tantum [illegible]
mox flagitabant [illegible]
nota deus ex alto propitiatus pe
titioni eorum non defuit. ℟. [V]idens
Christi confessor tam iniquam innocen
tum necem properavit continuo ad locum
quo fuerant plectendi. Et liberavit
eos. ℣. Statimque solutos a vinculis
usque ad propria consulis secum adduxit
Et liberavit.
[M]irum qualis futurus esset
puer in ipso vite exordio
primordio nativitatis eius mon
strare dignatus est. Enim vero cum
mamillis adhuc lacte nutriretur.
cepit uno in ebdomada die quar
ta scilicet et sexta feria semel bibere mam
mas et hec vice contentus tota die sic
permanebat. ℟. [Q]ui cum audisset
sancti Nicholai nomen statim expandunt
manus utraque ad celum Salvatoris
laudantes clementiam. ℣. Clara quip
pe voce coram omnibus dignum referebat
illum dei famulum Salvatoris.
[C]rescentibus gravis annis ut patri
archa iacob simpliciter do
mi versatus. cepit bone indolis
adolescens esse et in sic illa etas al